



## C A P U T XVI.

*De probatione summaria per Testes.*

§. 207.

**S**i alterutra Pars super una, vel pluribus circumstantiis facti scriptas Attestationes testium in Processu attulerit, Adversarius autem contenserit, ut Attestationes Juramento confirmantur, ac Jure suo ponendi interrogatoria cesserit, sententia non pro formalí probatio-ne, sed pro attestationibus Juramento confirmandis ferenda est.

§. 208.

Sententia lata pro confirmandis Juramento iis, quæ adductæ fuerint, attestationibus probationem aditus per triduum, ex quo sententia in rem judicatam transferit, diei adsignationem pro Juramento dicendo petere debet, secus probatio perenita esto.

• §. 209.

Ad diem præstitutum ambæ partes, atque testes citandi quidem sunt; si tamen una,

vel

vel utraque Pars emanferit, Juramentum nihiloseius excipiendum est.

§.

210.

Si vero Testes die præfixo non compa-  
ruerint, contra illos, eodem, qui §. 187. da-  
tus est, modo procedendum erit.

§. 211.

Si Testis antequam attestationem a se edi-  
tam Juramento confirmaverit, moriatur, at-  
testatio nullo in casu jurata cernerri potest,  
nisi quum testis Juramentum in judicio obtu-  
lerit, Pars adversa autem interposita appell-  
atione, vel alio modo ipsam Juramenti de-  
positionem protraxerit.

---

## C A P U T X V I I I .

*De probatione per Artisperitos.*

§. 212.

Quæ in processu petitur probatio per Artis-  
peritos (quales ii solum habendi sunt,  
qui sufficientem de qualitate Rei inspiciendæ